certa & necessaria est, quantum sensibus non obumbratur; sed eadem sensuum ope parcius utitur, & per hoc crescit quod in se revolvat intimi lucem visus. Floridior est Physica, & quasi verna specie blanditur spiritui nostro ad corpus declivi: Experimentis redundantior; & nisi à socia adjuvetur & in regulas cogatur, pæne Historica. Hanc plures ambire nihil miri est, & seniorem sororem quasi aridas frondes abjicere, cum tamen ipsa à priori pendeat, neque citra ipsius opem & principia ab ipsa mutuata, quicquam facile demonstrare, et progredi per causas catenatim valeat. Verum, hujus necessitatis ignorantia et huic Authori et pluribus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 119, [12] - 6
PUBLIC DOMAIN